UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicæ Sæculi IV. Nouatoribus contraria, Exempli gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

num defunctum ſugillat: ſed agnoſcens ſuum delictum, id indicto ſibi perpetuum expiat ſilentio. Diem obit *an.* 431.

S. PAVLINVS NOLANVS Romæ Conſularis omnibus abdicatis, cum vxore cœnobium ingreſſa, ipſe Monaſticen Nolæ profeſſus, *an.* 394. ab Epiſcopis Africanis honoratur.

An. 398. Romam ad Limina Apoſtolorum peregrinans à PP. Anaſtaſio honorifice excipitur.

An. 431. Sancte obit ab Sanctis ante vita perfunctis prius viſitatus in morbo.

Paladius Galata Origeniſta, exagitat S. Hieronymum *an.* 383.

Ruffinus Aquileienſis à Dydimo Cæco erroribus infectus Origenis, fit dux eorundem, & S. Hieronymi ſæuus calumniator. Alijque tales.

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS *an.* 370. inuento libro Magico adoleſcens capitis incurrit periculum.

Init eremum, *an.* 382. tentatus grauiter eximia ſcribit.

An. 386. auguratur Sacerdos ex reuelatione; *an.* 397. creatur Epiſcopus Conſtan. *an.* 398. reformat Clerum. *an.* 400. Pulſos Ægypto Origeniſtas ſpe concordiæ fouit; dein expellit eoſdem. Componit hymnos eccleſiaſticos contra Arianos.

Vnde *an.* 401. At de Origeniſmo ſuſpectus: *an.* 403. deponitur Epiſcopatu in Synodo, iniuſte; idque iterato *anno* 404. ideoque prouocat ad Papam: Exul decedit *an* 407. clarus miraculis, rebus geſtis ac ſcriptis.

Dogmata Eccleſiæ Romano-Catholicæ Sæculi IV. Nouatoribus contraria, Exempli gratia.

I. *Veritatis Corporis Chriſti in Euchariſtia* aſſerit *S. Athanaſius* l. de Chriſti imag. *Nyſſ.* orat. catech. *Cyrillus* in Myſtagog. Plures collegit Garetius.

II. *Miſſam eſſe Sacrificium* docet *Nazia.* orat. 1. in Iulianum. *Ambr.* ep. 33. & lib. 4. de Sacram. *Athanaſ.* q. 34. ad Antioch. *Hier.* ad Helbidiam. *Baſilius Amphilochius, Cyrillus, Chryſoſtomus* Miſſas ſcripſerunt, ritusque Officii apoſtolicos. *Baſil.* c. 17. de Sp. Sancto.

III. *Sacramentum Confirmationis* docet *S. Ambr.* l. 3. de Sacramentis.

IV. *Confeſſionem auricularem & ſatisfactionem* aſſerit *S. Ephram* de compunct. cordis c. 3. *Hilar.* in Pſal. 118. *Pacianus* ad Simpronianum. *Epiphan.* in Panario: & quotquot ſcripſerunt contra Nouatianos.

V. *Liberum arbitrium* aſſerit *Athanaſ.* contra Gentes. *Baſil.* l. 3. contra Eunom. *Epiphanius* in Panario l. 1. *Hier.* in ep. ad Cteſiphontem. *Nyſſ.* l. de lib. arb.

VI. *Opera bona ad iuſtificationem & ſalutem neceſſaria* aſſerit *Ephram* l. de beatit. animæ. *Hier.* in Iſa. lib. 8. & in Daniel. 4. *Nyſſ.* orat. 2. de amandis pauper. *Hilar.* can. 7. in Mat. *Ambr.* ep. 82.

VII. *Primatum Romani Pontificis* aſſerit *Ambr.* in 1. Tim. 3. *Hier.* ep. ad Damaſum. *Concilium Nicænum.*

VIII. *S. Imaginum cultum & vſum* aſſe-

aſſerit *Prudētius* de imag. Caſſiani. *Nazian.* ep. 40. *Sozom.* l. 5. c. 21. *Nyſſanus* Ora. in S. Theodor. *Euſebius* in vita *Conſtantini.* *Athanaſius* de imagine Crucifixi.

IX. *S. Crucem* aſſerit viſio crucis facta Conſtantino. Euſeb. l. 1. vitæ Conſtantini. *Ruffinus* l. 1. c. 7. & 8. *Ambr.* de obitu Theodoſii. *Euſeb.* in Chron. *Cyril.* Catecheſi 4. *Paulinus* ep. 11.

X. *Inuocationem Sanctorum* teſtatur *Athan.* de Incarn. Et in Euang. de Deipara. *Baſilius* orat. in 40. Mart. *Nazian.* in laudem Baſil. & Cypriani. *Ambroſius* lib. de Viduis. *Prudentius* in hymno S. Laur. *Ephram* lib. de compunct. *Hier.* contra Vigilantium.

XI. *Suffragia pro defunctis* aſſerit *Epiphanius* hæreſi 75. *Lactantius* lib. 7. *Hieron.* lib. 18. in Iſa. *Nyſſ.* l. de anima. *Chryſ.* & *Baſil.* in Liturgijs. *Baſil.* in cap. 9. Iſa.

XII. *Cælibatum præſertim Clericorum* aſſerit *Ambr.* ad Virginem lapſam, & fere plerique æui huius.

Pauca hæc in exemplum ſuffecerint: ſic enim ire per ſingula licet.

Hæreſiarchæ in Sæculo IV. diſſoni Papis.

33. ARIVS *an.* 306. adhæſit Meletio, Ægypti Epiſcopo nominato; ſed vt Petrus Alexandrinus eum in Synodo depoſuit, ob ſacrificationem idolis factam, aliaque flagitia: ideo Meletius conuitia in Petrum confinxit, & Schiſma inuexit. Tunc Arius deſerens ſchiſma creatur à Petro Diaconus Alex. at mox reuertit ad Meletiū; qua cauſa Petrus eū excōmunicabat. Meletius vero Maximin. Imp. in Petrū exacerbare ſic, vt *an.* 310. cum alijs Epiſcopis Ægypti à tyranno pro fide capite plecteretur. Prius tamē S Petro viſiones ſunt factę, quas ipſe deſcribit. Oranti viſus duodennis, ſciſſo collobio nuditatē ſuā tegere: ſciſcitanti quis veſtē ſcidiſſet; coruſcus puer ait; Arius. Caue, cū receperis, idemq; poſteris manda: Et vero tu Martyrionies. Nunquam in Sede S. Marci ſedere voluit; quod, quoties ad eā acceſſiſſet, diuinā in ea ſedere virtutē radiantem videret. *An.* 315. Meletius Arium S. Scripturæ interpretē defert ad Alex. Alexandriæ epiſcopum, quod aliena doceret. Cōuictus Sacerdotio exuitur, eiicitur. Fugiens infamiam Euſebiū Nicomedienſem Epiſ. aliosq; ſeducit, & *an.* 318. rurſus in Conc. Alex. dānatur. Cōſtantin quoque encyclicis cum perſtringit *an.* 319. *An.* 325. Nicæni Patres ad eius ſcripta cohorreſcunt; exuriq; ſub pœna capitis iubentur. Canēs vero palinodiam mittitur in exilium. *An.* 327. Euſebius perſuadet Conſtantino, vt ab exilio reuocaretur: & ab Euſebianis in Communionem receptus, ſeditionum Alexandriæ autor citatur ad Imp. cauſæ dicidæ *an.* 330. vbi Nicænæ fidei dolo ſubſcribit. Protinus ab Euſebianis in eccleſiam introducendus, in ſeceſſu medius crepans viſcera effudit cum anima, precibus S. Alexandri Epiſc.

ARIANI *an.* 343. confutantur à S. Antonio voce & miraculis, quorum ſacrilegia ei per viſum oſtendūtur *an.* 3[illegible]. Poſt diram rabiem, *an.* 352. ambiunt communionem apud Liberium; ſed repulſi. *An.* 353. arte ſibi deuinciunt Conſtantium, qui plurimos exulare iubet Epiſcopos, *an.* 356. immani cum perſecutione Athanaſium exagitant, *an.* 357. Olim ſibi